



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

Imperatoris ad Concilium coactum oratio. Capvt XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

SOZOMENI HISTOR.

zantium aduenit,accessere ad eum quidam philosophi, crimi-
niq; illi dedere,quod haud rectam religionem coleret,quodq;
res diuinas nouare, nonnunquam cultum contra instituta
cum maiorum suorum,tum principum omnium, qui vel Grecis,
vel Romanis omni seculorum memoria preuisissent,in remp.
introducere studeret. Rogauere item, ut cum Alexandro
episcopo de doctrina Christiana disputarent. Alexander
igitur in eo exercitationis genere haud quam exquisitè ver-
fatus,fortasse etiam vitæ bonitate fretus(erat enim vir per-
honestus & spectata vita)imperatoris iussu in differendi cer-
tamen cum illis descendit.Philosophis autem in vnum co-
actis,cum omnes disputare cuperent, postulauit Alexander,
ut vnum,quem vellent,ad disputandum deligerent, ceteriq;
presentes audirent cum silentio. Itaq; cum vnus disputan-
di onus suscepisset, tum Alexander, In nomine Iesu Christi,
inquit,precipio tibi,ne loquere. Quod ut primum dix-
erat,homo est vestigio,obstricto ore,conticuit. An non igitur
maius miraculum merito censendum est, loquelam homini,
eique philosopho tam facile adimere, atque lapidem manu
per verbum quoddam prolatum diuidere? Quod à qui-
busdam de Iuliano Chaldeo gloriose iactatum audiui.Sed
de his quidem hoc modo.

Imperatoris ad Concilium coactum oratio.

CAPVT XVIII.

EPiscopi autem,qui intelligendi prudentia multum va-
lebant, Ario in medium adducto, accuratè in ea, quæ
erant ab eo proposita,inquirere coeperunt: caueruntq;
sedulo, ne in alterutram partem temerè sententiã pronun-
tarent. Vbi autem venit prestituta dies, in qua constitu-
tum erat de rebus controversis decidere, episcopi in palatium
conueniunt,uti decreuerat imperator,uti consiliũ vnũ cum
illis de rebus iniret. Ac cum ad locum, in quo sacerdotes erant,
venisset,transiens ad supremam partem conuentus, in sella
quadam sibi apparatus assedit, omnibusq;, qui aderant in co-
cilio dedit mandatum,ut considerent. Nam scamna parata
erant quam plurima longo ordine per parietes aulae palatii
collocata.Erat hæc quidem aula omnium amplissima,& præter
ceteras excellens. Cum verò omnes confedisissent,surrexit
Eusebius